

non audeant. quia cum conati fuerint. delebunt animo. tanquam  
 pedem de compede exuere cupientes. cui dolori subcumbentes. aperni-  
 tiosis delectationibus nolunt abscedere. In muscipula ergo quam occul-  
 tauerunt. id est in fraudulento consilio. comprehensus est pes eorum.  
 Amor scilicet qui per fraudem puenit ad uanam letitiam. qua comparatur  
 dolor. Cognoscetur dominus iudicia faciens. Haec sunt iudicia dei. non  
 ab illa tranquillitate beatitudinis suae. Nec a secretis sapientiae. qui-  
 bus recipiuntur beatae animae. profectus ferrum. aut ignis. aut bestia  
 aut aliquid tale. quo crucientur peccatores. sed quomodo cruciantur. &  
 quomodo facit dominus iudicium. In operibus inquit manuum suarum compre-  
 hensus est peccator. Hic interponitur canticum david psalmatis. quasi  
 occulta letitia. quantum aestimare possum separationis quaenunc fit.  
 non locis. sed affectionibus. animorum. inter peccatores & iustos. sicut grano  
 rum a paleis. adhuc in area. & sequitur. Conuestantur peccatores in in-  
 fernum. Id est dentur in manus suas. cum eis parcutur. & in laqueentur  
 delectatione mostifera. Omnes gentes quae obliuiscuntur dominum. Quia  
 sicut non probauerunt dominum habere innotitia. dedit illos in reprobum sensum.  
 Quo non in finem in obliuione erit pauperum. Qui uidetur nunc in obliuione  
 esse. Cum peccatores. felicitate huius saeculi florere existimantur. & iusti labo-  
 rare. sed patientia inquit pauperum non perdet in aeternum. Quapropter  
 nunc patientia opus. ad proferendos malos. quia iam uoluntatibus sepa-  
 ratifunt. donec & iam ultimo iudicio separentur. Exsurge domine non pre-  
 ualeat homo. Imploratur futurum iudicium. sed antequam ueniat.  
 Iudicentur inquit gentes in conspectu tuo. Id est in occulto. quod dicitur coram  
 deo. paucis scilicet & iustis intelligentibus. Constitue domine legis latorem super  
 eos. Videtur mihi anti christum significare. de quo apostolus dicit. cum  
 reuelabitur homo peccati. Ut sciant gentes quomodo homines sunt. Ut qui no-  
 lunt liberari a filio dei. & pertinere ad filium hominis. Et esse filium hominum.  
 id est noui homines. seruiant homini. id est ueteri homini peccatori. quoni-  
 am homines sunt. & quia ille ad tantum culmen inanis gloriae uentur